OBSERVATIONUM HISTORICO-POLITICARUM

Decades ſex poſteriores

MICHAELIS PICCARTI FR.
PROFESSORIS NORICI.

AMBERGÆ,

E Typographeo Forſteriano.

M. DC. XVI.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA - SALAMANCA -

GENEROSO NOBILISSIMOQ;
JUVENI.

D. BALTHASARI A PUSCH IN Groß-ſchweyn/ &c. &c.

EQ. SILESIO SPLENDIDISSIMO D. HOSPITI ET AMICO HONORATISSIMO.

S. P. D.

QVas ego, ante hoc biennium, in publicum emiſi Obſervationũ Hiſtorico-Politicarum Decades Generoſe & Nobiliſſime juvenis, earum fatum id fuit, quod ſperare ego vix ſum auſus: Etenim exceptæ ita ſunt paſſim & acceptæ, ut præclarè mecum actum putarem, & rem benè ceſſiſſe intra ſinum gauderem. Cum ecce inſtant apud me Viri omnium Ordinum maximi, pergerem in hoc ſtadio decurrere, & quæ prætereà lecta mihi ac notata promerem, quæ ſi non omnia pari

DECADIS SEPTIMÆ OBSERVATIONUM HISTORICO-POLITICARUM.

CAPUT I.

Academias earumque Rectores & Doctores olim in magnâ dignatione etiã apud ſummos Principes fuiſſe, convicio hujus noſtri ſeculi.

INeptus forte videbor aliquibus, qui Academiarum dignitatem adſerere occipiam, cùm publicè conſtet, quibus privilegiis olim â ſummis Principibus & Imperatoribus donatæ ſint Optimi publici cauſſâ, cumq; illæ hodièque paſſim floreant & ab iiſdem benigniſſimè foveantur. Quibus ego tantum hoc regero, optare me, uti diu ita ſit, perennetq; hic honor Scholis apud Principes & dignitas, mihi hoc capite cum vulgo negotium erit, & malè